nostrorum. Vult dns ihc & nros lauare pedes; Non
enim petro soli. sed unicuiq; dicit fideli. Nisi lauero tibi pe
des. non habes mecum partem. Veni ergo dne ihu. exue
te vestimenta quae propter me induisti; esto nudus.
ut nos misericordia tua vestias; praecinge te propter
nos linteum. ut nos tui muneris inmortalitate prae
cingas; mitte aquam in peluem. laua non solum pedes.
sed etiam caput. nec solum corporis nri. sed etiam men
tis vestigia. Volo exuere omnes nrae sordes fragilita
tis. ut & ego dicam. Nocte exui tunicam meam quomodo
induam eam. lavi pedes meos. quomodo inquinabo il
los. Quanta inte maiestas e. quasi minister pedes
famulorum tuorum lauas. quasi ds rorem mittis e celo. Nec
solum pedes lauas. sed etiam ut tecum recumbamus in
vitas. & exemplo nos tue dignationis hortaris. dicens.
Vocatis me dnm & magistrum. & benefacitis. sum enim.
Si ergo ego laui pedes vros. dns & magister. & vos in ui
cem lauate pedes vros. Volo ergo & ego pedes laua
re fratrum meorum. volo dni implere mandatum. Volu
it me non uerecundari. non dedignari quod ipse prius
fecit. Bonum ministerium humilitatis. quia dum alie

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 102, p. p.%2017 – Ambrose, De spiritu sancto and De incarnationis dominicae sacramento . Victricius of Rouen, De laude sanctorum (http://www.e-codices.ch/en/csg/0102/p.%2017)